

Confirmatio que bonis omnibus ad eandem pertinentibus.

Quorum nonnulla hic enumerat;

quacumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Abbatis S. Mariæ in Regula, S. Donati, S. Mariæ in Diaconia, S. Apostoli in castro Imole, S. Petri in Sala, & S. Joannis in Senno, Xenodochium S. Vitalis in ipsa civitate, plebem sancti Laurentii, & in ea tibi & Canonicis tuis medietatem omnium beneficiorum de tota Parochia ipsius, provenientium in decimis, primitiis, oblationibus, & testamentis, in castro Imole plebem S. Mariæ cum capp. S. Theodori & cæteris cappellis ad eandem plebem pertinentibus, plebem sancti Gemiani cum cappellis suis, plebem S. Sabini cum cappellis suis, plebem S. Andreae, & cappellam S. Pauli in castro Albori, Hospitale S. Jacobi in Silero, plebem sanctæ Mariæ in Gypso cum suis cappellis, cappellam Saxilionis, decimationem novalium in silva de Pacto infra fines tui Episcopatus, plebes sanctæ Mariæ in Tauffiniano, sanctæ Mariæ in Tyberiacio, sancti Martini in Colina, sancti Angeli in Campiano cum cappellis ad eandem plebes pertinentibus, plebem sancti Stephani in Barbiano cum cappella de castro Cunii, & cæteris cappellis suis, plebes sanctæ Mariæ in centum Licinia, sancti Patritii, & sancti Apollinaris cum cappellis ad eas pertinentibus, Ecclesiam sancti Anastasii in Noredano, plebes sancti Prosp. & S. Mariæ in Salustia, cum cappellis earum, totum territorium, & curtem S. Cassiani, castrum & curtem Taulariae, castrum & curtem Aquævivæ, castrum & massam Boloniani, massam Prata, massam Campum castrum, & curtem caput Silicum, & Portum cum padulibus, aquarum decursibus, & piscariis suis, portum Petredulo, Bacharetam Runci, Libbam fenariam, villam Zacharam, castrum novum Fabriaci cum sedecim mansis, castrum Bagnaria cum tota curte & omnibus appendiciis suis, massam Adefo, massam Sugaranam, massam Medecanam, massam Aurretam, fundum Peculini, castrum Imole, massam Passignani, massam Valeriani, massam Cornarani, castrum Galisternæ, castrum Toranelli, curtem S. Martini in Sasso, fundum Sasbiliani, fundum Nunculiam, quæ dicitur Casula, curtem vallis salvæ, castrum & curtem Montis alti, massam sancti Ambrosii, castrum Ronchum cum tota curte, curtem Maceratam, & castrum Roche, villam Sorbedulum, castrum & curtem Corbariam, castrum & curtem fontis Ulicis, castrum & curtem Taufinianum, castrum Casale, curtem publicum, castrum & curtem Linarii, castrum & curtem Padioli, montem S. Andreae cum appendiciis suis, castrum Ducia cum appendiciis, castrum & curtem Lavatoriam, massam Libanii, massam Arfizi, massam Galizani in curte Vitriani, fundum qui dicitur Capraria, & quatuor alios fundos, & in ipsa civitate Teloneum, & publicas functiones. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam &c. salvâ nimirum Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum &c. aliena fiat. Cunctis autem &c. præmia æternæ pacis inveniant. Amen. EGO EUGENIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Ea perpetua fieri immunitate decernit.

Cum solitis clausulis.

Eugenii PP.

Ego Imarus Tusculanus Episcopus fs. Ego Nicolaus Albanensis Episcopus fs. Ego Ubaldu Presb. Card. tit. sanctæ Prædixedis fs. Ego Manfredus Presb. Card. tit. sanctæ Sabine fs. Ego Aribertus Presb. Card. tit. sanctæ Anastasie fs. Ego Ubaldu Presb. Card. tit. sanctæ Crucis in Hierusalem fs. Ego Guido Presb. Card. tit. Pastoris fs. Ego Rollandus Presb. Card. tit. sancti Marci fs. Ego Gerardus Presb. Card. tit. sancti Stephani in Cœlio monte fs. Ego Otto Diac. Card. sancti Georgii ad Velum aureum fs. Ego Gregorius Diac. Card. S. Angeli fs. Ego Joannes Diac. Card. sanctæ Mariæ novæ fs. Ego Jacintus Diac. Card. sanctæ Mariæ in Cosme din fs. Ego Joannes Diac. Card. sanctorum Sergii & Bacchi fs. Ego Cencius Diac. Card. S. Mariæ in Acquiro. Datum Ferentini per manum Bosonis S. R. E. Scriptoris XV. Kal. Junii Inc. Dom. anno MCLII. Pontificatus vero Dom. III. Eugenii Papæ an. VII.

Dat die 18 Maii anno Dom. 1151 Pont. an. VII.

Ex Cod. Diplom. Ordinis Hierosolym.

Exordium.

Confirmatur Transactio.

XLIII.

Confirmatio Transactionis inite inter Magistrum Hospitalis Hierosolymitani, & Comitum Forcalquerii super castro de Manuafca.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Raimundo venerabilis Hierosolymitani Hospitalis Magistro, ejusque fratribus in servitio pauperum militantibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Sicut nostri administratione officii admo- nemur, Ecclesiarum & piorum Locorum negotia salubri sine distinguere &c. Quocirca, dilecti in Domino filii, paci & tranquillitati vestrae imposterum debita charitate providere volentes, transactionem, quæ inter vos & nobilem virum Guillelmum Forcalquerii Comitem, per venerabilem fratrem nostrum G. Ebrudunensem Archiepiscopum Apostolicæ Sedis legatum super castrum Manuafca & ejus pertinentiis facta est, & per scripti sui paginam confirmata &c. Auctoritate Sedis Apostolicæ confirmamus, & ratam, atque inconcussam perpetuis temporibus manere decernimus. Cujus distinctionis tenorem nos in eadem pagina ita conscriptam perlegimus: conquirebantur siquidem Comes, & fratres, & avia sua, de Hospitalariis; quia injuste detinebant quoddam suum castrum, quod dicitur Manuafca, cum omnibus pertinentiis suis. Hospitalarii vero allegabant, se iustè & ex testamento Guigonis Comitis illud possidere, qui multo plura Comiti reliquerat, ut hæc donatio de jure posset valere. Assistentibus itaque nobis multis prudentibus & religiosis viris, cum allegationes eorum sufficienter in præsentiam nostram fuissent expositæ, & diligenter examinate, talem inter eos transactionem utriusque partis consensu dictavimus, ut Hospitalarii jure perpetuo haberent, & quietè possiderent, quicquid ibi habebant, pridie antequam Guigo Comes hanc donationem eis fecisset, cætera verò, videlicet castrum, cum aliis possessio-

XLIV.

Privilegium confirmationis bonorum Monasterii Valciodorensis supra Mosam fluvium.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Theoderico Abbati Monasterii Beate Mariæ in Wualciodoro supra fluvium Mosæ sita, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Apostolici moderaminis clementiæ convenit, religiosos fratres sincera in Domino caritate diligere, & eorum loca pio apostolice fidei patrocinio defendere. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis supplicationibus clementer annuimus, & ad exemplar prædecessoris nostri felicitis memoriæ Benedicti Papæ VII. præfatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quacumque bona idem Monasterium impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam præviderint eligendum. Præterea villam, quæ vocatur Aleria, cum omnibus appendiciis suis vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Diocesani Episcopi canonicâ iustitiâ, & reverentiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam, temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Eugenii PP. subcripti. Ego Imarus Tusculanensis Episcopus subcripti. Ego Gregorius Presb. Cardinalis titul. Calixti subcripti. Ego Ubaldu Presb. Cardinalis titul. S. Prædixedis subcripti.

Ex Tom. 1. col. 819. Collectio. S. R. E. Scriptor. & Monument. per Martine & Durand.

Exordium.

Monasterium sub protectione S. R. E. Apostolicæ recipiunt.

eidem bona omnia confirmat.

Abbatem 2. Monach. nullius intervenit seu personæ e. ligi statuit.

Solite confirmationes.

Eugenii PP.

& S. R. E. Cardinalium subcriptio.

tionibus ad illud pertinentibus, & castrum, quod dicitur totas Auras cum territorio suo, equaliter se dividerent, ut medietatem Hospitalarii pleno jure haberent & libere possiderent: & aliam medietatem haberet & possideret Comes eodem modo: ita quod nec Comes cum fratribus & avia quidquam penitus ab Hospitalariis ibi haberent: nec Hospitalarii a Comite vel ejus fratribus. Præterea in transactione expressè fuit comprehensum, ut non liceret Comiti nec alicui de parte ejus, nec Hospitalariis nec alicui de parte eorum, in castro, quod dicitur Manuafca, turrem vel aliquam munitionem ad instar turris ædificare. Si verò Comes & fratres ejus & foror decederent sine legitimis liberis, pars illorum, quæ ex transactione ista eis obvenerat, Hospitalariis libera, & pleno jure cederet. Unde in signum & in argumentum hujus rei Comes & fratres ejus singulis annis censualem libram incensi in festivitate Pentecostes Hospitalariis solverent. Ad hæc si Tolosensis Comes litem moveret Hospitalariis super prædictis possessionibus, Comes & fratres ejus omnibus modis & causis & in guerra si opus esset, fideliter eos defenderent. Quod si de jure aliquid ab eis inde evinceretur, tantundem de proprio Comes & fratres sui eis restituerent. Ad perpetuum verò hujus transactionis firmitatem Comes & Comitissa juraverunt, quod neque per se neque per interpositam personam partem Hospitalariis auferrent, Quod si forte ausu temerario degenerantes id efficerent, in poenam hujus facinoris totam portionem suam libere & absolute donaverunt, & concesserunt Hospitalariis; Hospitalarii verò juraverunt eidem Comiti & fratribus ejus sub ejusdem poenæ conditione. Præterea in eodem juramento expressum fuit, quod si quilibet alius alterutri illorum suam portionem auferret, sibi invicem omnibus modis fideles coadjutores in perpetuum existerent: excepto quod Hospitalarii, quia contra propositum eorum est, guerram inde non facerent. Maxima verò pars Baronum Comitibus juravit, quod neque Comes, neque aliquis de hominibus ejus, defraudaret Hospitalarios sua portione. Quod si forte in contrarium cederet, infra octo dies, ex quo denuntiatum esset, vel ipsi scirent, venirent Sistaricum in captionem Hospitaliorum, & inde non exirent sine voluntate eorum. Insuper etiam totus fere populus prædictorum castrorum juravit, quod neque &c. Hospitalariis &c. defraudarent portionibus. Quod si hoc fieri contigisset, omnibus modis, etiam armata manu, ad defendendam, vel ad recuperandam portionem suam, contra fraudatores defraudatis opem & consilium in perpetuum ferrent. Nulli ergo omnino hominum fas sit, hujus nostræ confirmationis paginam temerario ausu infringere, seu quibuslibet molestiis perturbare. Si quis autem attentare præsumat, secundo tertiove commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus incurrat; atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Datum Albæ Kal. Novembr. anno MCLII.

Clausula.

Dat. die 23. Octobris ann. Dom. 1151. Pont. an. VII.

Ego Manfredus Presb. Cardinalis titul. S. Sabinae subscripsi. Ego Julius Presb. Cardinalis titul. S. Marcelli subscripsi. Ego Otto Diac. Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum subscripsi. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis S. Angeli subscripsi. Ego Joannes Diaconus Cardinalis S. Mariae Novae subscripsi. Ego G. Diaconus Cardinalis S. Mariae in Porticu subscripsi. Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariae in Chosmudin subscripsi. Ego Joannes Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi.

Dat. die 7a. Januarii anno Dom. 1152. Pont. an. VII.

Data Signia per manum Bofonis sanctae Romanae Ecclesiae Scriptoris, II. Id. Januarii Ind. XV. Incarnationis Dominicae anno MCLII. Pontificatus vero Domni Eugenii Papae III. anno VII.

XLV.

Confirmatio bonorum omnium & libertatum Monasterii Rorensis Canonicorum regularium S. Augustini Ratisponen. Dioecesis.

Ex Metropol. Salsb. Hunsii Tom. III.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei dilecto filio Eberhardo Praeposito Rorensis Ecclesiae, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Religiosis desideriis dignum, est facilem praebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & praefatam Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alius iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permanent. Praedia quoque, vineas, domos, areas, & alia quae Henricus Ratisbonensis Episcopus Ecclesiae vestrae intuitu devotionis iuste concessit, vobis & per vos ipsi Ecclesiae nihilominus confirmamus. Statuimus, praeterea, ut Ordo Canonicus, qui secundum B. Augustini regulam in eodem loco noscitur constitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. In Parochialibus vero Ecclesiis, quas tenetis, Presbyteros eligatis, & Episcopo praesentatis, quibus si idonei fuerint, Episcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem cura Episcopo rationem reddant; vobis vero pro temporalibus debitam subjectionem exhibeant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Dioecessani Episcopi canonica iustitia. Si

Bona omnia confirmat.

Clausula.

qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem Loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen.

Eugenius PP. & S. R. E. Card. subscripsiones. Gregorius Presb. Card. tit. S. Calixti fs. Ego Julius Presb. Card. tit. sancti Marcelli fs. Octavianus Presb. Card. tit. S. Caeciliae fs.

Datum Romae apud sanctum Petrum per manum Bofonis sanctae Romanae Ecclesiae Scriptoris. Id. Febr. Indict. XV. Incarn. Domin. anno MCLII. Pontificatus vero Domni Eugenii III. Papae anno VII.

Eugenius PP. & S. R. E. Card. subscripsiones.

Dat. die 11. Februarii an. Dom. 1152. Pont. an. VII.

XLVI.

Confirmatio Primatus Toletanae Ecclesiae super ceteras Ecclesias Hispaniarum.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Joanni Toletano Archiepiscopo, ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Ex Concil. T. XII. col. 1619.

Potestatem ligandi atque solvendi in caelo & in terra beato Petro, ejusque successoribus auctore Domino, principaliter traditam, illis Ecclesia verbis agnoscit, quibus Petrus est idem Dominus allocutus: Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata & in caelis; & quaecumque solveris super terram, erunt soluta & in caelis. Ipsi quoque & propriae firmitatis, & alienae fidei confirmatio ab eodem Deo paratur, cum ad eum dicitur: Rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua; & traliquando conversus confirma fratres tuos. Oportet ergo nos, qui licet indigni, beati Petri residemus in loco, prout divina nobis clementia scire & posse donaverit, prava corrigere, recta firmare, & in omni Ecclesia sic ad aeterni arbitrium Iudicis disponenda disponere, ut de vultu ejus iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant aequitatem. Tuis itaque dilecte in Christo fr. Joannes Archiep. iustis postulationibus gratum impertimur assensum, & praedecessorum nostrorum Honorii, Lucii, Romanorum Pontificum sel. mem. vestigiis inhaerentes, per praesentis privilegii paginam Sedis Apostolicae auctoritate statuimus, ut per universa Hispaniarum Regna Primatus obtineas dignitatem. Pallio itaque a Sede Apostol. tuę charitati concessio in Missarum celebrationibus uti debetis tantum in praecipuis festivitibus: tribus videlicet diebus in Natali Domini, in Epiphania, Hypapanton, Coena Domini, Sabbato sancto, tribus diebus in Pascha, in Ascensione, Pentecoste, in solemnitatibus beate Mariae, sancti quoque Michaelis, & sancti Joannis Baptistae, in omnibus natalitiis Apostolorum, & eorum Martyrum, quo-

Praedecessorum more Archiepiscopo Toletano super omnia Hispaniarum Regna Primatum, ne non pallii usum confirmat.

Eidem bona, jura, & jurisdictiones confirmat.

De Metropolibus a Saracenis occupatis.

Clausula.

Dat. die 13. Februarii an. Dom. 1152. Pont. an. VII.

Ibid.

Exordium.

Juxta Praedecessorum privilegia Toletano Archiep. Primatum confirmatum. Joannem.

quorum pigora in vestra Ecclesia requiescunt, sancti quoque Martini, & Idelphonfi Confessorum, & omnium commemoratione Sanctorum, in consecrationibus Ecclesiarum, Episcoporum, & Clericorum, in Annuo consecrationis tuae die, & in natali etiam sanctorum Isidori & Leandri. Primatem te universi Praefules Hispaniarum respicient, & ad te, si quid inter eos quaestione dignum, exortum fuerit, referent: salva tamen in omnibus Sedis Apostolicae auctoritate. Sanè Toletanam Ecclesiam praesentis privilegii stabilitate munimus, Complutensem ei Parochiam cum terminis suis, nec non omnes Ecclesias, quas jure proprio antiquitus possedisse cognoscitur, confirmantes; Episcopales praeterea Sedes, Oxomam, Legoviam, Saguntum, Palentiam, eidem Toletanae Ecclesiae, tamquam Metropoli, subditas esse decernimus. Reliquas vero, quae antiquis temporibus ei subiacebant, cum Dominus omnipotenti Christianorum restituerit potestati, suae dignatione misericordiae, ad caput proprium referendas decreti hujus auctoritate sancimus. Porro illarum Dioecesis civitatum, quae, Saracenis invadentibus, Metropolitanos proprios amiserunt, eo tenore vestrae subicimus ditioni, ut quoad sine propriis existerint metropolitanis, tibi ut proprio debeant subjacere. Si quae autem metropoles in statum fuerint proprium restituta, sua quoque Dioecesis metropolitanis restituantur, ut sub proprii regimine Pastoris super divini collatione beneficii gloriaretur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen.

Datum Romae apud sanctum Petrum per manum Bofonis S. R. E. Scriptoris, Id. Februarii Indict. I. Incarnationis Dominicae MCLII. Pontificatus vero Domni Eugenii Papae anno VII.

XLVII.

Sequitur ad Hispaniarum Episcopos in idem Argumentum.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus Episcopis & Archiepiscopis, per Hispaniam constitutis, salutem & apostolicam benedictionem.

Apostolicae Sedis clementia singulis Ecclesiis & Ecclesiasticis personis suam, servare dignitatem & justitiam consuevit. Unde nos, quorum praecipue interest Ecclesiarum omnium curam gerere, venientem ad nos venerabilem fratrem nostrum Ildefonsum Toletanum Archiepiscopum benigne recepimus; & inspectis Praedecessorum nostrorum privilegiis, Primatus dignitatem per universa Hispaniarum Regna,

juxta eorundem privilegiorum tenorem ei confirmavimus. Ipsum itaque cum gratia Sedis Apostolicae, & literarum nostrarum prosecutione ad Sedem propriam remittentes, universitati vestrae praecipiendo mandamus, quatenus eidem tamquam Primati vestro absque ulla contradictione canonicam obedientiam, & debitam reverentiam exhibere curetis. Dignum namque est, ut qui multis letatur praesse subditis, nullatenus suis erubescat sub esse Praelatis.

Datum Romae apud sanctum Petrum, Idibus Februarii.

XLVIII.

Privilegium confirmationis bonorum, spectantium ad Ecclesiam Tarvisinam, quae sub protectione Sedis Apostolicae suscipitur.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Bonifacio Tarvisino Episcopo, suisque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Archiepiscopus, & Episcopus Hispaniarum, quatenus Primatem recognoscat, mandat.

Dat. die 13. Februarii.

Edidit Coletur in Ital. Sac. Ughell. Tom. V. col. 321.

Exordium.

Iustis fratrum nostrorum desideriis consentire, ac rationabilibus eorum petitionibus aures accomodare nos convenit, qui, licet indigni, justitiae cultores atque praecones in excelsa Apostolorum Principum Petri & Pauli specula resideret, Domino disponente, conspiciuntur. Eapropter dilecte in Christo frater Bonifaci Episcopo, justis postulationibus tuis clementer annuimus, & Ecclesiam B. Petri Tarvisinam, cui Deo auctore praes, sub ipsius Apostolorum Principis & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alius iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permanent; In quibus haec duximus propriis exprimenda vocabulis: Ecclesiam S. Mariae de Asilo cum castro curte & omnibus pertinentiis suis, Monasterium sanctae Mariae de Muliana cum omnibus pertinentiis suis, consecrationem Monasterii sancti Petri de Campreto, plebem sanctae Mariae de monte Belluna cum castro & pertinentiis suis, plebem S. Martini de Cornuta cum arce & curte & pertinentiis suis, plebem S. Zenonis de Ruvico cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Ciliano cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Balpago cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Cossignana cum pertinentiis suis, plebem S. Mauriti de Stablucio cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Pauliano cum pertinentiis suis, plebem S. Romani de Nigris cum castro portu curte & pertinentiis suis, plebem S. Mauri de Noenta cum pertinentiis suis, plebem S. Petri de Piro cum pertinentiis suis, plebem S. Blasii de Caurillis cum pertinentiis suis, plebem S. Nicolai de Valio cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Lanzanigo cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Casale cum pertinentiis suis, curtem de Quarto cum pertinentiis suis, plebem S. Cassiani de Paviliano cum pertinentiis suis, plebem S. Mariae de Deso cum pertinentiis suis.

Ecclesiam Tarvisinam sub protectione Sedis Apostolicae suscipimus.

Bonaque omnia eidem confirmat.

Ex quibus nonnulla enumerat.